



EPTOME  
HISTORIAM BELGICARUM  
AVCTORE  
Nobil. Viro IOHANNE à  
SANDE Curie Frisiae  
Senat. primario  
Cum Iconibus Gubernat.  
aria incisis.

Apud Ioannem à Waelberge,

BELGICARUM  
HISTORIARUM  
EPI TOM E.

*Qua*  
Initium, progressus, & exitus mo-  
tum atque discordiarum lucidè de-  
monstrantur, ab anno 1566. ad 1648.

AUCTORE NOBILI VIRO,

Domino JOHANNE van den SANDE,

*In Curia Frisiorum Senatore primario.*

Deinceps vero ad annum 1648. cum con-  
clusionone atque publicatione pacis, desinens.

*Iconibus Gubernatorum omnium in Belgio,  
are incisis adornata.*

Novissimè Latinitati ex Belgico sermone  
donata. Editio.



ULTRAJECTI,

Apud JOANNEM à WAESBERGE,

MDCLII.

BELGICARUM  
HISTORIARUM  
EPITOME.

LIBER PRIMUS.

**R**ERUM Ecclesiasticarum ab anno 1517. Iterum atque iterum attente legenti historias, duabus de causis mirum omnino mirandumque videbitur, primum uti veritas Evangelica, densis è Papatus tenebris in lucem producta, quin & brevissimo tempore, civitates quamplurimæ, provinciæ, regnaque illustrata sint, nihilominus quam in Apostolorum sæculo, Evangelium incredibili celeritate, toto terrarum orbe dispersum est; Alterum uti Deus accensam hanc Evangelii lucem, in terrificas adversariorum minas tutatus fuerit, conservavit, dederit incrementum.

Primum enim cum totius Europæ Ecclesiæ in densâ & opacâ nocte ignorantia nocte jacerent, cum singulæ provinciæ, Reges atque Cæsares, sub Romani pontificis excommunicatione horrerent tremereque cum plebs humanis institutionibus absque ulla emendationis expectatione alligaretur, Arbitrerer Deus, Anno 1517, haud potente Imperatore, vel insigni Prælaro, sed *Martino Lutero* Saxone Monacho, nec non *Ulrico Zwinglio* missali sacerdote Helvetio usus, majores nostros è tenebris in lumen Evangelicum revocavit, & gementes papali sub jugo conscientias libertati restituit.

Mox hunc lucis ortum, Saxoniz Electores *Fredericus*, cum ditione atq; incolis amplexi sunt quos statim subsequuti Comes *Bipontis Palatinus*, *Georgius* Marchio *Brandenburgensis* *OEnolsbachii*, *Albertus* Dux in *Borussiam*, *Ernestus* Dux in *Brunswicum* atque *Lunæburgum*, *Philippus* *Hessiz Landgravius*, *Anhaltini* principes *Lignitii* atque *Brigæ Silesiorum* Duces; quin & in *Helvetia* circa idem tempus, *Tigurum*, *Berna*, *Basilea*, confestim reformationem sumpsere, lux eadem Evangelica *Genevâ* in *Galliam* pervenit, (a) secuta *Suecia*, sub rege *Gustavo*, (*Gustavi* jam regnantis avo) *Brema*, *Brunswicum*, omnes



FERDINAN . TOLE T . ALBÆ DVX  
BELGII GVBERNATOR .



ALBERTUS ARCHIDUX.  
AUSTRIÆ.